


Heinrich Rahn Michael Ramtun

Disputatio Iuridica De Consuetudine, Seu Iure Non Scripto

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732583764>

Druck Freier  Zugang



XLVII.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
CONSUECUDINE, *gewohnheit*
Seu oder nicht geschriebenes Recht
JURE NON SCRIPTO,

Quam

D. T. O. M. A.

PRÆSIDE

Viro Magnifico atq; Consultissimo,

DN. HENRICO RASNERI

J. U. Doctore & Professore Ordinario

& pro tempore Academiae Rectore, Præ-
ceptore meo venerando,

Publicè Exhibeo


MICHAEL RAMTUN,

Camm. Pom. A. & R.

Ad diem 23. Septembr. horis matutinis.

In Auditorio Majori.

I. D. 202. F



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVIII.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
CONSUETUDINE

JURE NON SCRIPTO

Quaestio

D. T. O. M. A.

1710

Nro Magistro sig. Consilijano.

DR. HENRICO KESSELI

M. Doctor & pro. Imp. & pro. Imp. & pro. Imp.

Ordinario & pro. Imp. & pro. Imp.



MICHAEL MATHIAS

1710

Ad hunc & ad hunc & ad hunc

In Rostock

1710

Rostock

Typis Nicolai Kellii Acad. Typogr.

Anno MDC. XLVII

CUM DEO.

THESIS I.



Non in eleganter *Instit. d. Jur. nat. gent. & civ.* Jus civile distributum est in duas species, in scriptum scilicet & non scriptum; illud legibus, hoc moribus constitutum dicitur in *l. 5. §. 1. ff. de extr. cogn.*

2. Et habet hoc locum tum, quando de jure scripto nihil apparet, cum mores imitentur legem, per *§. 9. Instit. d. Jur. nat. & l. 32. ff. d. U.* Ubi enim non reperitur lex Scripta, vel reperitur, sed non est in usu, tunc observari debet id, quod usus & frequentium actuum Consuetudo approbavit, modo non pugnet cum naturali ratione, ait *Myns. ad §. 9. Instit. d. 1. num. 1.*

3. Nec enim omnia legibus sancienda sunt, ac ne quidem possunt, *Cic. lib. 1. d. U.* quæ autem definita reperiuntur, sunt, tam diversa sunt & varia, ut propter æquitatem ac Reip. utilitatem, consuetudine ac moribus hominum sæpè mutationem recipiant. *l. 2. ff. d. constit. princ. & prin. in med. Instit. d. codicill.*

4. Et hoc jus quasi gentium extra etiam Imperium Romanum, & omnium populorum bene institutorum commune est, *Wesemb. in parat. d. U. n. 9.* ut nec ulla provincia, ne dicam civitas, aut villa sit, quæ non suas habeat consuetudines, testante *Gailio lib. 2. obs. 31. n. 2.*

5. Nonnulla igitur de consuetudinis materia tractaturi sumus, certò persuasi in hac nihil admodum peculiare, quod reliquis non conveniat, populus Romanus habeat, cum *Wesemb. d. 1.*

6. Antequam autem ad rei ipsius explicationem accedamus, removebimus ambiguitatem vocabuli ad meliorem nostrum intellectum breviter. Sumitur enim Vox Consuetudinis triplici modo.

7. Primò pro assuefactione hominis, quæ quid fieri consuescit,

sive bonum sive malum id sit, & tunc est meri facti, ut in l. 12. ff. d. pign. act. l. 50. §. fin. ff. d. l. legat. 1. quæ consuetudo non tantum hominibus, sed etiam animalibus competit, §. 15. Instit. d. rer. divis.

8. Secundò sumitur pro facto scil. plurium personarum, quod appellatur usus seu mos, & hæc inducit præsumptionem, cui statur donec probetur contrarium, secundum Host. quem allegat Cardin. in c. cum dilectus. d. consuet. l. 1. C. qua sit long. consuet.

9. Tertio loco sumitur pro jure, ex usu & moribus populi descendens, & ut Justinianus ait, quæ legem imitatur, & cujus effectus idem, qui legis est, videl. ut ea populum non minus obliget, atq; jus consensu expresso receptum. l. 32. ff. d. h. Vultej ad § 10. n. d. c. 2. Instit. d. c. & de illa nobis sermo erit.

10. Quæ dicitur ratione causæ efficientis *à mo rē qōmōs* quasi communis assuetudo gloss. Instit. d. jur. nat. diuturnis utentium moribus & communi populorum assensu comprobata, jus quoddam factum, & sine scriptura natum, ex §. 9. Instit. d. jur. nat.

11. Jus, quod apud Romanos ab initio in scripturam redigebatur & præscribebatur, dicebatur speciatim lex; quod vero non scriptum erat, illud appellebatur Consuetudo; quæ inde à lege differt, quod lex expressè, consuetudo verò tacitè introducatur l. 32. d. h. nec interest an postea memoriæ causâ scripturâ comprehendatur, vel non, Bart. in d. l. n. 7. 8. & 9. 7af. ibid. n. 36. Nam quod communi omnium consensu probatum est, nullam scripti auctoritatem desiderat. l. 36. ff. d. h.

12. Nec consuetudo esse definit, licet scribatur. Videmus hoc in consuetudinibus feudalibus, quæ licet scriptæ sint, nomen tamen consuetudinis retinent, nec jus scriptum fiunt. Oldendorp. in class. act. d. act. benefic. It in l. 2. tanta a. C. d. jur. veter. enucl. Bart. in l. 32. ff. d. h. num. 8. & 21. Wel. de h. num. 9. vers. Putant tamen. Zal. ad l. 32. num. 28. & 29. Treut. disp. 1. tb. 9. l. 6. ibiq; B.

13. Sed accedimus ad Definitionem, quæ à variis variè affertur. Nobis talis erit: Quod sit jus non scriptum, tacito civium consensu, legitimè comprobatum & receptum. Instit. d. jur. nat. gent. §. 9. & l. 32. 34. & 35. ff. d. h.

14. De-

14. Definito jam prælibato, ipsam definitionem in sequenti-
bus examinandam reservabimus, aggredimur divisionem, & dici-
mus consuetudinem esse vel generalem, vel specialem.

15. Generalis, quæ in toto Imperio, seu Repub. universâ serva-
tur, totamq; concernit communitatem & custoditur pro lege
generalil 32. ff. d. ll.

16. Specialis vero quæ unius tantum civitatis, sive loci homi-
nes obligat, & obtinet vim statuti, seu legis municipalis, vel in to-
ta illa civitate, vel aliqua ejus parte ut in collegio, l. 1. C. quæ sit
long. consuet. l. 6. prin. ff. quod cujuscunq; univers. nom.

17. Differunt autem statutum & consuetudo inter se; quod
statutum expressum populi consensum, consuetudo verò tacitum
habeat, Gail. lib. 2. obs. 31. n. 10. statutum quoq; in instanti fieri pot-
est, consuetudo non: sed est similis homini, quæ non nisi temporis
cursu perficitur. Hæc tamen potentior ac validior est statuto, illudq;
facit silere. Reink. d. regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 9. n. 6.

18. Et possunt hæc duo in uno eodemq; loco esse, non ut con-
fundantur, sed ut separata maneant. arg. l. 3. §. divus. s. ff. d. sepulch.
viol. nec extenduntur extra territorium, seu locum, in quo vigent;
quia sunt localia. Locales vero consuetudines & statuta non obli-
gant, nisi in eo loco viventes. Et ubi Jurisdictio cessat, ibi statuti di-
spositio vim non obtinet, l. fin. ff. d. jurisdict.

19. Originem consuetudinis inquirere non tam necessarium
est, præsertim cum ejus origo, à qua sit orta, plerumq; sciri non
possit, uti in vetustis facile ignoratur initium, l. 28. ff. d. probat.
neq; certus citari potest autor, sed prudentibus quasi sese insinuat,
voluntates populi obscure primùm, deinde aperte sibi conciliat,
postremò tantum acquirit autoritatis & gratiæ, ut regnet ac domi-
netur, nec jussa aut imperata fuit, sed ultrò suscepta & quasi evoca-
ta, Reink. lib. 2. class. 2. c. 9. n. 4. & s. d. regim. secul.

20. Incepisse hoc jus à tempore Caini, refert Petr. Ravenn. in
mater. consuet. & allegat. text. gloss. & Dd. in c. non est. §. jus. v. 6. diff.
Verùm quicquid sit, nos non curiosè ortum indagabimus, sed quis-
nam inducendi potestatem aut jus habeat, inquiremus. Lex autem
concessit hanc potestatem populo, l. 32. ff. d. ll. quod omnibus il-
lis, qui leges aut statuta condere possunt, consuetudinem introdu-
cere:

ere liceat. Schneidew. *Instit. ad S. Ex non scripto. 9. num. 3. de H. & hoc in libero populo nullum dubium habet. Wesenb. imparat. de H. num. 9.*

21. Qui superiorem recognoscunt, illi subsunt vel cum certis pactis & conditionibus; & habent jurisdictionem, & alta jura publica: vel absolute, in totum, sine conditione. Isti consuetudinem, introducere possunt sine consensu superioris, modò hujus jus non infringatur. Hi omninò non, nisi superior vel tacite vel expresse consentiat, *Zaf. ad l. 32. num. 25. & 26. de H. & Hunn. ad Treut. disp. 1. th. 9. q. 54.*

22. Collegia opificum, mercatorum, vè, familias & fraternitates quod attinet, rectè scribit de iis *Zaf. in l. 32. de H. num. 27.* quod sint communitates omninò privatae, in quibus plures sint ut singuli, non ut universitatem faciant, aut jurisdictionum activè habeant. Et exinde non posse inducere consuetudinem. Licet ejusmodi communitates sapius habeant usus quosdam & assuetudines, quae instar juris membra earum ligent, non tamen faciant consuetudinem.

23. Hinc frustra quæritur, quis eam primitus introducere possit, mas vel foemina, minor, unusvè homo. Nec enim consideratur, à quo orta sit consuetudo, id quod plerumq; sciri nequit, sed an in usum & notitiam popularem transierit, ait *Wesenb. in π . num. 9.* Quod si ergo inter mulieres consuetudo quædam diuturno tempore aliquo actu frequenter in usu fait, illa non ex consensu earum, sed ex patientia & consensu totius populi approbata censetur, nam illa quæ ad utilitatem publicam spectant, ab iis iuduci ac contradici possunt. *c. dilecti d. arbitr.*

24. Origine modò consideratà, ante omnia præsupponendusest tacitus populi consensus, qui est causa efficiens proxima *l. 32. ff. d. H. l. 33. l. 35. eod. & quidem præcipuum requisitum. Gail. lib. 2. obs. 31. n. 9.* Tacitus ille consensus declaratur rebus ipsis & factis, absq; suffragio *l. 32. §. 1. d. H.*

25. Hic ergo consensus excludit suffragium expressum. Nam si expresse aliquid constituitur, lex est. Et lex non nisi tanquam expressum à tacito differt. *Myns. obs. 41. n. 16. cent. 6. & operatur hic tacitus populi consensus tantum, quantum expressus in lege seu statu.*

statuto, Schneidew. ad § 9. Instit. d. l. n. gen. par enim sapius est
virtus taciti, quam expressi. arg. l. 3. ff. si cert. petat.

26. Quæstio est an indistinctè majoris partis populi consensus
ad introducendam Consuetudinem sufficiat? dist. inter populum
habilem & minus habilem, oportet quippe ad legem vel consue-
tudinem populum esse habilem & idoneum, minus enim habiles
ut furiosi, mente capti, pupilli, & mulier hic non attenduntur.

27. In quibus vero consensus valet, in iis necessario debet esse
directus: nam consuetudo errore introducta nullum fortitur effe-
ctum. Error enim tacitum populi consensum tanquam causam effi-
cientem excludit. Gail. lib. 2. obs. 31. n. 11. Quamdiu vero de errore
non constat tamdiu toleratur, comperto errore evanescit. Nam
communis error jus non facit, sed potius malitias augeat. Arumæ
disp. 1. § 22. ff. Cujac. 20. obs. 13.

28. Materia citra quam consuetudo versatur sunt res possibi-
les & honestæ. Rerum enim impossibilium ac turpium nulla est ob-
ligatio, nullus contractus, & sic consequenter nulla consuetudo,
neq; ullum jus esse videtur per l. 188. § 188. ff. d. R. J. Jun. l. 15. d.
sondit. Justit.

29. Hinc Dd. rectè volunt consuetudinem sine ratione subsi-
stere non posse, neq; æquitati contrariari, minusvè in se turpe ali-
quid continere, quod contra bonos mores est l. 39. ff. d. h. c. fin. d.
consuet. nam sicuti jus nullum sine ratione sancitur, ita & consue-
tudo, non nudâ voluntate, sed ratione quadam certâ fulciatur, ne-
cesse est. c. 1. dist. 11. Novell. 134 c. 1. vers. male n.

30. Quænam autem dicatur rationabilis, id arbitrio & dispo-
sitioni judicis committendum erit. Menoch l. 2. d. arbit. judic.
cens. 1. cas. 82. Gail. lib. 2. obs. 31. n. 13. Wesemb. d. h. num. 9. qui
considerabit, an ejus finis sit bonus vel malus. Schneidv. ad § 9.
Instit. & nisi appareat ejus irrationabilitas, præsumitur rationabi-
lis, ut probatur in c. ill. Dist. 12.

31. Unde non valet consuetudo Poloniæ, quâ nobilibus ho-
minem occidentibus, certâ pecuniâ cadaveri imposita redimere,
poenam licuit. Treutl. disp. 1. th. 9. lit. b. Sic & ratione caret con-
suetudo maritima, ut bona naufragorum in commissum cadant.
Authent. navig. C. d. furt. arg. §. fin. Instit. d. rer. divis. Constit.

Crim.

Crim. Carol. V. art. 218. Gail. lib. 1. obs. 18. n. 1. rectèq; contra eam in Camera sine clausula mandata decreta sunt. Gail. d. loc. num. 6.

32. Talis consuetudo in æternum non præscriptibilis est, per *c. 1. & 2. d. consuet. in 6to. Jung. can. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. dist. 9. Hippolit. in repetit. l. 1. ff. ad l. Cornel. d. fcar. n. 82. cum seqq. licet quidem statuunt irrationabilem consuetudinem, cujus initij non extat memoria, præscribi posse, dum tamen contra legem divinam aut naturalem apertè non currat Wesemb. d. loc. num. 9.*

33. Causam delinquendi præbens consuetudo improba censetur, qualis & illa ut uxor intra quinquennium non parturiens licitè ex concubinis procreare possit. Similiter & hanc ut filius spurius patri succedat, multorum peccatorum mortalium causam esse ait Bart. *in l. testamenti. ff. de testament. ord.*

34. Econtrà vero valet consuetudo & jure civili dicitur rationabilis, quam bonam & moribus suis convenientem introducetes & observantes pro ratione Reip. existimant, licet iniquitatem aliquam contineat, Tiraquill. *d. utraq; retract. in præfat. n. 75.* modò tamen illa iniquitas utilitatem tantùm, non honestatem publicam tangat, aut contra bonos mores tendat: quia salus populi suprema lex est. Reink. *lib. 2. class. 2. c. 9. num. 10. jun. Zaf. ad l. 32. num. 64. de h.*

35. Ad consuetudinem porrò ritè ac legitime constituendam, præter quam, quod ea cum ratione ac justitiæ regulis, cum jus sit, convenire debeat, hæc duo requiruntur, 1. diurnitas temporis 2. frequentia actuum. *l. 1. c. que sit long. consuet. l. an in totum. 3. C. d. adific. privat.*

35. De Diurnitate temporum non est una omnium Interpp. sententia. Quidam dicunt sufficere spacium longi temporis i. e. decem annorum, per verba longam consuetudinem in *l. 1. C. que sit long. ibiq; Dd. Gail. d. 2. obs. 31. num. 3. Wesemb. d. h. num. 9.* Et hoc tempus computandum esse à primi actus die. *Gail. d. loc.* De jure Saxon. requiri, ait *Wesemb. d. num. 9. vers. secundo diurnitas. 30. annos, & ulterius annum ac diem cum Falchio & Reinh. in diff. jur. civil. & Sax. par. 2. diff. 4.* Alij inter jus Canonicum & civile distinguunt, vid. *Gail. d. obs. num. 3.*

36. Nec dubitamus, quin dissensus ille, ortus sit ex eo, quod diversimo-

verſimodè in jure conſuetudinis fiat mentio. Vocatur inveterata
conſuetudo in *l. 35. §. 1. d. h. longa l. 1. C. qua ſit longa conſuet. &*
l. 35. ff. d. h. longaeva, l. 2. C. d. s. diuturna l. 33. ff. d. h.

37. Verùm nos quantum temporis ſpacium ſufficiat, arbitrio
Judicis committimus cum Treutl. *diſp. 1. tbeſ. 9. lit. e & ibi Bach.*
ac Hunn. Reink. *d. Regim. ſecul. & Eccl. claſſ. 2. cap. 9. num. 13. Me-*
noch. 2. arbitr. judic. qq. caſ. 83. num. 6. Idq; ex hac ratione, quod
jure noſtro certum tempus non ſit definitum.

38. Præter hæc ad firmandam ritè conſuetudinem, requiritur
actuum frequentia. *d. l. 1. C. qua ſit long. conſuet. & d. l. 3. C. de ad-
fic. privat.*

39. Quotnam verò actus requirantur, apud Dd. controver-
ſum extat, quorum opiniones refert Mynſ. *in Reſponſ. 43. num. 43.*
Nos cum Vulteio *§. 9. Inſtit. h. r. Treutl. Bach. & Hunnio d. loc.*
id, tanquam lege non definitum, itidem judicis arbitrio relinqui-
mus, qui ex qualitate actuum conſiderari debet, quot neceſſarii
ſint. *arg. l. 1. in ſn. ff. d. jur. deliber. l. 32. in prinſ. ff. d. uſur. l. 8. C.*
d. tranſact. l. 123. §. cum ita ff. d. v. O. Jang. Forſter. diſp. 1. th. 36. Me-
noch. d. arbitr. judic. quaſt. lib. 12. cent. 1. caſ. 81. n. 24. Maſchard.
d. prabat. vol. 1. concluſ. 414. Schaeidew. ad §. 9. n. 6. Inſtit.

40. Similiter & id controvertitur, quales requirantur actus.
Putamus non ſolùm judiciales, ſed etiam extrajudiciales habiles
eſſe ad faciendam conſuetudinem, dummodo tales ſint, ut ex iis de
tacito populi conſenſu conſtare poſſit, Gail. *2. obſ. 31. num. 8. cum*
aliis ibi aleg.

41. Proinde duo ſufficiunt actus, ſive judiciales, ſive extraju-
diciales, modò ita notorii ſint, ut in populi notitiam verſimiliter
pervenerint. Præcipua enim conſuetudinis cauſa eſt tacitus popu-
li conſenſus, qui non minus ex duobus actibus apparere & colligi
poſteſt, quàm ex pluribus. Gail. *d. obſ. num. 7. Sichard. ad Rubric.*
Que ſit longa conſuet. num. 21. Unde licet multi referantur actus, ſi
tamen ex his non deprehendatur tacitus populi conſenſus, nihil
pro conſuetudine operantur. Mynſ. *6. obſ. 41. num. 12.*

42. Aliquando unicum actum ſufficere, ſi ille tractum ſucceſ-
ſivum habeat, ſi ſcilicet duret decem annis continuis, tradit Sichard.
ad Rubric. C. qua ſit longa conſuet. num. 21. Cui tamen valdè obſtare

B

videtur

videtur l. i. C. *quæ sit longa consuet.* ubi Imperator frequentem usum requirit. Ad ea enim, quæ uno casu contingunt, non facile juramentum aptantur. l. 4. *l. s. ff. d. h.*

43. Quamvis autem jus scriptum non soleat probari *Dd. in l. s. d. probat.* tamen consuetudinem non notoriam, quæ est jus non scriptum, allegans, eam probare tenetur. In facto enim consistit. *cap. 1. d. constit. in 6to.* at factum non præsumitur sed probandum est. l. 10. *G. d. non numer. pecun. l. 1. C. quæ sit long. consuet.*

44. Et quidem in specie probanda est consuetudo, scilicet in terminis controversis, & in loco, in quo controversia versatur. *Pruckm. consil. 9. num. 51. & 52. pac. 2. jun. Myns. Resp. 13. n. 19. & Wurmb. in Nuc. juris. lib. 1. tit. 2. controv. 11. num. 5. & aliquot seqq.*

45. Exacta hæc probatio exaudienda est de longæva & diuturna, non de immemoriali consuetudine, vim privilegii habente. In ea enim satis est, si testes deponant talem esse usum & consuetudinem, nullumquæ extare, qui contrarium viderit, vel audiverit observari. *Wurmb. d. loc. num. 17. ex Olrad. & Decian.*

46. Neque notoria consuetudo, præsertim generalis, indiget probatione, quales sunt consuetudines feudales. *Myns. obs. 96. cent. 5.* nam quod notorium est, illud seipsum ostendit ac declarat, nec ullâ probatione opus habet. *cap. 3. Extr. d. test. cog. cap. 9. d. accusat. Wesemb. d. probat. n. 7.*

47. Dicit tamen *Mynsing. s. obs. 96. num. 7.* ex Decio, etiamsi notoria consuetudo allegata non fuerit, nihilominus tamen iudicem posse eam supplere ex officio; faciunt, quæ habet *Gail. 1. obs. 31. n. 5. & Ob. 36. num. 16.* Cumquæ notoria consuetudo jus certum sit, illam coram tribunali periti iudicis necessario non allegari tradit *Bocer. class. 1. disp. 4. th. 14.*

48. Probatur autem aut scripturis, puta libris publicis, attestatione seu scripturâ magistratum, exemplis rerum judicatarum, &c. aut testibus ad minimum duobus. *Wesemb. d. h. nu. 9. Jung. Zas. ad l. 32. de h. num. 46. & aliquot seqq.*

49. Testes ad probandam consuetudinem producti, de populi consensu, de diuturnitate temporis, & frequentia actuum cum ratione scientiæ deponere debent, *Gail. 2. obs. 31. num. 14. & 15. Myns. 6. obs. 41. num. 14. Wesemb. d. h. n. 9.*

50. Si verò ex illorum dictis appareat, quod vario modo observatum fuerit, in casibus similibus non probatur per illorum testimonia consuetudo: quia ex actibus populi difformibus nulla legitima consuetudo introduci potest, propterea quod tùm unanimis populi consensus deficiat, *Myns. cens. 6. obs. 42. num. 2.*

51. Hic occurrit quæstio: An Doctõri de consuetudine in scriptis suis attestante plena fides habenda, eiq; acquiescendum sit? Nos negativam juri & rationi convenientem arbitramur. *Cum Wurmbs. in Nucl. jur. lib. 1. tit. 2. contr. 11. num. 27. & seqq & Reink. lib. 2. d. reg. sec. & Eccles. class. 2. cap. 9. num. 23. Ernest. Cothm. s. Repub. 1. num. 446 & seqq usq; ad num. 468. Zaf. ad l. 32. num. 48. d. h. licet Myns. affirmativam tueatur. 5. obs. 96. num. 2. & 3. eamq; communem esse & in Camera præjudicio confirmatam teneatur *ibid. num. 4.**

52. Nunc de effectibus consuetudinis legitimæ & satis probatæ dicendum erit. Quorum primus est, quod jus faciat, & pro jure ac lege observari debeat. *l. 32. l. 33. l. 35. d. h. adeoq; obliget ad observantiam & poenam. l. 6. d. evict. l. 31. § 18. d. edil. edict. l. 32. § 6. d. administr. tutor. l. 16. § 9. d. poen. l. 4. §. fin. d. Publican. & Vestig. l. ult. in fin. C. d. injur. §. fin. Instit. d. sacros. Hinc & judex in judicando illam debet observare. Authent. jubemus. C. d. judiciis prin. Instit. d. offic. judic. adeo ut litem suam faciat, si contra consuetudinem pronunciet, secundum Dd. quos alleg. *Wesemb. d. h. in fin & Reink. d. regim. secul. & Eccl. lib. 2. class. 2. cap. 9. num. 28.**

53. Secundus effectus consuetudinis est interpretari legem. *l. 37. l. 38. d. h. Cuj. 8. Ext. d. consuet. in med.*

54. Tertius, confirmare legem. Leges enim instituuntur cum promulgantur: firmanur cum moribus utentium probantur. *can. 3. dist. 4.*

55. Quartus, derogare juri & legi communi, *Wesemb. d. h. in fin. ubi alleg. l. 6. prin. Quod cujusq; univers. l. 13. § 1. comm. præd. l. 5. §. 1. d. jur. immun. quod fit quando substantiâ manente legis, in aliqua circumstantia eam tollit, seu quando partem detrahit, quod est derogare. l. 102. d. V. s. Reink. d. loc. num. 31.*

56. Quintus, abrogare legi, h. e. prorsus tollere legem, secundum *d. l. 102. d. V. s. si vid. & contrariam pro utilitate Reip. quam*

quod lege cautum est, inducat. Nam sicut lex tollit legem ita & consuetudo: quia non minus jus est, quam lex.

57. Hic observandum quod consuetudo, quæ contra legem esse dicitur, sit vel contra legis divinæ & naturalis decreta, quæ aut præcepta sunt, aut prohibitiones: vel contra ejusdem permissionem, seu quæ permissivè disponit. Contra prioris generis sancita nulla admittitur consuetudo, ut illa unquam possit abrogare. *cap. fin Extra d. consuet. junct. can. 7. dist. II.*

58. Contra posterioris generis dispositiones juris divini & naturalis admitti potest consuetudo abrogatoria, sicut videmus septem testium numerum in testamentis, contra id, in ore duorum vel triû consistit verum: & servitutem contra illud omnes homines nasci liberos, introductam esse. Verùm contra jus merè positivum seu humanum si sit consuetudo, abrogandi vim habet. Cum, ut ante dictum, non habeat minorem vim, quam jus scriptum, *l. 32. d. U. & S. 9. Instit. d. I. N. G. & C. imò major lege vis ipsi tribuatur d. l. 32. in fin. & 2. Feud. 1. vers. Legum autem. Wurmb. in Nucl. Jur. lib. 1. tit. 2. contr. 7. Exempla refert Gail. 1. obs. 36.*

59. Nam constitutum est jus civile ad utilitatem & salutem utentium; inde nulla lex civilis tam sancta esse potest, quin si salus populi exigat, per consuetudinem loci juri communi derogari possit, *Besold. in Polit. lib. 2. c. 2. n. 38.* Nisi lex ipsa specialiter prohibeat Consuetudinem contrariam admittendam esse, qualis est lex in Authent. *Cassa de SS. Eccl. vid. Reink. d. reg. secul. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 9. num. 36.*

60. Generalis igitur consuetudo generalem legem abrogat tanquam contrariam, *l. 32. ff. d. U. l. 2. C. qua sit long Consuet.* Hinc in materia feudali, in quâ legum civilium nullus locus est, nisi jure feudali deficiente, tantùm adhibentur leges in subsidium *2. Feud. 1. prin. in fin.*

61. Specialis omnes in territorio inhabitantes obstrictos facit, non tantùm in bonæ fidei, sed & in stricti juris judiciis. *l. 1. prin. ibi ex more regionis l. 39. S. 1. d. legat. 1. l. 34 d. R. J. Jung Gail. 2. obs. 8. num. 5. & 6. Junge. qua supra th. 52. adduximus, quibus jam hoc uni cum addimus, Assessores Cameræ Imperialis non prius recipi, quam jurarint, se secundum Imperij Constitutiones & laudabiles locorum*

Con-

Con-

Consuetudines judicare velle. *Sammerng. Ordn. part. 1. tit. 57. ibi.*
Nach Ehrbahren vnd Landischen Ordnungen statuten vnd Ge-
wöhnheiten. *Gail 1. obs. 36. num. 14.* ubi ait, id regulariter in omni-
bus omnium locorum iudicibus receptum esse, per *text. in cap. ve-*
nientes 19. ibi: firmant sacramento, quod secundum vestra civitatis con-
suetudinem iudicabunt. Ext. d. jurejur.

62. Coronidis loco subjungimus hanc q. An consuetudopra-
va excuset in delictis? Pro affirmativa pugnant, *can. 6. ibi unde nec*
à tali consuetudine averti possunt, & ideo cum venia suo ingenio relin-
quendi. Distin. 4. can. 7. caus. 32. q. 4. ibi: quando mos erat, crimen
non erat. Cap. sane. 2. Extr. de tempor. ordinat. glos in cap. cum vene-
rabilis. 7. in verbo; migrasse. Extr. de consuet. Hinc *Jason in l. 32. §. 1.*
num. 8. de ll. ait. Diligenter nota illum effectum, quod consuetudo
etiam iniqua excusat à poena. Idq; probat *ib. d. exemplis.* Et Idem
in *l. un. §. hoc iudicium. num. 25 ff. si quis jus dic. non obtem.* inquit:
Consuetudo & prava & iniqua & temeraria & injusta excusat à
poena. *Jun. Eund. in l. servus. 20 num. 7. de jurejur.* *Hippol. de Mars.*
ad l. 1. num. 47. & 48. de sicar. Anchon. Consil. 51. num. 4 & Consil.
283. num. 1. & 2. & alios. Exemplum hujus rei habemus in *Domiti-*
tiano Imp. Rom. alioquin sævissimo. Hic scribas quæstorios ne-
gotiantes ex consuetudine, sed contra legem *Clodiam*, venià in
præteritum donavit, *Suet. in Ejus vita. cap. 9.*

63. Pro Negativa faciunt *can. schisma. 34. caus. 24. q. 1. vers.*
nec lavigat crimen. cap. 4. ibi: in peccatis solam consuetudinem præ-
tendentes, ibiq; gloss. & cap. fin. Extr. de consuet. cap. Non satù 8.
Extr. de Simon. & in primis l. 3 vers. fin. C. de Episcop. Audien. Facit
Exemplum, quod habet *Gell. Noct. Att. 20. cap. 19.*

64. Sunt, qui decidendi causà distinguunt inter pœnam tem-
poralem, & divinam, quod iniqua consuetudo ab illa excuset, ab
hac minimè, cum *gl. in d. can. 6. dist. 4 Jason. in d. l. un. num. 26.*
si quis jus dic non obtem. vid. Tiraq. de pœn. temp. cap. 42. num. 2.
Grevæ 2. Conclus 8. Consil. 1.

65. Distinguendum putamus cum jam dict. *Tiraq. d. l. num.*
24. & 25. num. 4. inter Consuetudinem publicam & privatam, seu.
Consuetudinem loci & personæ, quæ assuetudo magis dicitur. Illa
si tanquam pro jure recepta inultum relinquat, quod in se malum

est, ut furtum apud Spartanos, excusat à pœna magistratus; quia licet ex se injustum, in ea tamen Repub. ubi pro jure observatur; justi vices obtinet, aut certe liciti Assuetudo verò privata, quàm privatam consuetudinem multi dicunt, non solum non excusat à pœna sed & delictum auget. Diurnitas enim temporis non minuit sed cumulat crimina *d. l. 3. in fin. Q. de Episcop. Aud. & gravius delinquant, qui consueti peccant, arg. cap. ita noti. ibi q̄. 2. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* Hinc cuidam, qui per consuetudinem maledicere fuit solitus per sacramenta, passiones & vulnera Domini, pœnam gladij dictatam testatur Moll. 3. Semest. 2. idq; per Nov 77. cap 1. §. 1. jun. Jason ad S. Item si quis. num. 61 & 62. Inst. de act. Treutl. disp. 1. 1b. 9. lit. b. ibi q̄. Bach. Cum aliàs levior possit esse pœna maledictionis, Königl. Sakung von den Gotteslästern zu Wormbs. 1495. Reformation guter Polickey zu Ausspurg / tit. von Gotteslästungen vnd Geschwüren / & tit. von Gottes Schwüren vnd Fluchen & duob. seqq. tit. Reformation guter Polickey zu Ausspurg 1548. tit. 1. 2. 3. 4. 5. qui repetuntur in Polickey Ordnung zu Franckfurt 1577. Jun. Can. 10. caus. 22. q. 1.

SOLI DEO GLORIA.





Ad Dn. RESPONDENTEM.

L Emmata, R A M T U N I, de consuetudine
scribis,
Et publicè defensas,
Consuetudo quidem nobis solet altera dici
Natura, vitam dirigens.
Ast hanc non tractas, sed jus proponis & æquum;
Quod stringit absq; literis.
Jus tibi non scriptum placuit describere, Perge
De jure plura scribere;
Sedulus & cura jus. Te jus curet & ornet
Honore, laude, gloriâ.

Scrib.

PRÆSES.



Consuetudines iudicare velle. Cammerg.
Nach Ehrbahrn vnd Landischen Ordn
wöhnheiten. Gail 1. obs. 36. num. 14. ubi a
bus omnium locorum iudicibus receptu
nientes 19. ibi: firmant sacramento, quod secu
suetudinem iudicabunt. Extr. d. iurejur.

62. Coronidis loco subjungimus ha
va excuset in delictis? Pro affirmativa pug
à tali consuetudine averti possunt, & ideo ca
quendi. Distin. 4. can. 7. caus. 32. q. 4. ibi:
non erat. Cap. sane. 2. Extr. de tempor. ordin
rabilis. 7. in verbo: migrasse. Extr. de consuet.
num. 8. de h. air. Diligenter nota illum effe
etiam iniqua excusat à poena. Idq; probat à
in l. un. §. hoc iudicium. num. 25 ff. si quis ju
Consuetudo & prava & iniqua & temer
poena. Jun. Eund. in l. servus. 20 num. 7. de
ad l. 1. num. 47. & 48. de sicar. Anthon. Co
283. num. 1. & 2. & alios. Exemplum huju
tiano Imp. Rom. alioquin sevissimo. Eli
gotiantes ex consuetudine, sed contra lege
præteritum donavit, Suet. in Eius vita. cap.

63. Pro Negativa faciunt can. schism
nec levigat crimen. cap. 4. ibi: in peccatis s
tendentes, ibiq; gloss. & cap. fin Extr. de c
Extr. de Simon. & in primis l. 3 vers: fin. C. d
Exemplum, quod habet Gell. Noct. Att. 20. c

64. Sunt, qui decidendi causa disting
poralem, & divinam, quod iniqua consuet
hac minime, cum gl. in d. can. 6. dist. 4 Ja
si quis jus dic non obtem. vid. Tiraq. de pœ
Grevæ 2. Conclus 8. Const. 1.

65. Distinguendum putamus cum jan
24. & 25. num. 4. inter Consuetudinem pub
Consuetudinem loci & personæ, quæ assu
si tanquam pro jure recepta inultum relinq
B 3

et. 17. ibi:
vnd Ge
r in om. ni
in cap. ve.
itatis con.

etudopra
i unde nec
enio relin.
8, crimen
cum vene
l. 32. §. 1.
nsuetudo
Et Idem.
inquit:
excusat à
de Mars.
& Consil.
n Domi
rios ne
veniã in

q. 1. vers.
nem præ
n satù 8.
n. Facie

am tem
uset, ab
num. 26.
num. 2.

l. l. num.
am, seu.
citur. Illa
malum
est,

the scale towards document



Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. Patch Reference numbers on UTT